370. Cod. turc. Deſcriptio itineris per Hungariam, Auſtriam et Germaniam. fol. (25.) Rectius ſic: Deſcriptio Ungariae et Germaniae, ex ~~Ger~~ Ger. Mercatoris Atlante minore in compendium redacta ab Ebubekr Efendi c. ann. 1682. Vid. de hoc cod. Joſ. de Hammer in Hormayr Archiv f. Geſchichte 1822 n. 5. 1827 n. 44.

371. Cod. turc. ab initio, in medio et in fine mutilus, agens de tota religione Mohammedica, confirmata partim textibus Alcorani partim dictis prophetae, i.e. Mohammedis. fol. (30.)

372. Supplices libelli ex cancellaria Turcica extracti ſub gubernio Muſtaphae Baſſa, ſupremi Vizirii, et cancellarii Ahmed Effendi, A. 1691. fol. (31.)

373. Cod. turc. cujus titulus Schamail Nameh ali Othman, i.e. liber bonarum qualitatum familiae Othomanicae, cum imaginibus ~~duor~~ duodecim primorum Sultanorum eleganter pictis. NB.
A. 1714 fuit J. Cp. Raymbacxi a Reichenbach Viennae. Regiae bibl. vendidit Weidmannus. fol. (32.)

374. Tomus ſecundus Sunnae al Bocharii ſeu corporis traditionum, h.e. ſententiarum ex ore Muhammedis exceptarum et traditione orali per multa ſecula propagatarum, atque ſub certos titulos juris Muhammedani digeſtarum. Opus hoc eſt ſummae penes Muhammedanos auctoritatis, et omnium ſui generis librorum, quorum ingens proventus eſt, pro principe habetur. Titulus libri eſt: Collectio ſinceri. Nam multae feruntur inter Muhammedanos traditiones ſubleſtae fidei. Sed quas hoc in corpore congeſſit traditiones Abu Abdallah Mohammed, filius Iſmaelis, al Bocharius, de quo v. Herbelot p. 208, eae probae atque indubiae fidei habentur atque admittuntur ab omnibus Muhammedanis. Multi librum hunc in compendium miſerant, alii commentariis illuſtrarunt. Verbo eſt liber capitalis apud Muhammedanos. Codex hic egregie ſcriptus eſt, ſed deſunt nonnulla in fine. Totum opus conſtat ſex voluminibus. fol. (35.) Cod. arab.

375. Sunnae al Bocharii Tomus quintus, arab. Exaratus a. Heg. 738 (Chr. 1337.) 4. maj. (62.)

376. Moakamath, Dialogi vel ſermones cum Sultano Achmed, turcice. Fol. (und Digl persice)

377. Sigilla varia Turcica, in Siegellack abgedruckt. fol.

378. Numiſmata, ſigilla etc. varia Turcica, in aes incisa. fol.

379. Abulfedae coſmographia, arab. Transſcripta e cod. ms. bibl. regiae Pariſ. a Sgm. Glo. Seetziſchio. fol. – (Meſopotamiam, tabulam Abulfedae VII. arab. ex apogr. Seetziſtini in bibl. Dr. edidit Roſenmüller in Neuem Repertorium. B. 3. Jena 1791, 8. p. 4–38.)